Schott, Petrus : Petrus Schottus Lucubraciunculae
Strassburg, 1498 

mẽti: ut eciã si prẽmiũ nullũ speraret: hoc vnũ ĩ familiã Dei assumptã se esse: nullo labore vel maximo pẽsari posse existimet.

Hęc sunt Bohuslaę: quæ tibi scribenda esse credidi: inepte sane ac succincte emissa. Sed neqꝫ festinacio mea passa est apcius colligi: neqꝫ pluribus opus esse verbis visum fuit. Q m̃ si hęc te afficiẽt: ad vberiora Sãctorꝶ virorꝶ scripta: sitibundũ te trãsmissura sũt: qb⁹ nõ instituí modo: sed eciã ĩ via dei pficí discas: ad q̃ ut te post longã: sęculariũ studiorꝶ ptractacionẽ conferre velis: & rei dignitas exposcit: & animę tuę salus tandẽ exigere videtur.

### Describit valitudinẽ Patris & Sororis.

Petrus Schottus Eximio Arciũ atqꝫ Medicinę Doctori: Mgr̃o Iohanni Vuidman: tãqꝫ fratri plurimũ obseruãdo. S. P. D. Sospitatẽ tuã p̃clarissime Doctor: Coniugisqꝫ tuę castissimę matronę vbertatẽ saluberrimã: iucũdissimo animo intelleximꝰ. Nos quoqꝫ oẽs diuĩo munere sanos eẽ: facile fateremur: si nõ esset & Patris mei & Sororis morbus. Ille siquidem ab eo tpe / q̃ primũ harenã ppessus est: nũqꝫ cessauit: copiosis flegmatibus & harenis eciã: in vrina apparentibus / fluere: & qꝫuis nõ semp tantope crucietur (nam q̃ntum aduertimus: nõ nisi post admissum frigus: tormẽta illa supueniũt) tñ et copia materię nos terret: & p̃cipue / qꝫ plerũqꝫ vrina tota quasi sanguĩe mixta: rubea & ferruginea spissa est. Idqꝫ potissimũ post exagitacionẽ corpalem: utpote post equitacionẽ: aut aliũ laborem vehemenciorem: et hoc quadragesimali tẽpe euenire vidimus. Soror vero mea Zeisolffi de Adelçheim: iam iterꝶ immaturũ fœtum: intra q̃ndecim dies eiecit: cõsueto illo atqꝫ horribili impedimẽto mõstri adiacẽtis: deuorãtisqꝫ conceptũ / adacta. Ea se tibi rẽ prius aperuisse ait: & post concepcionẽ se circit. xiiĳ. hebdomadã: dolorem

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-81/0146
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG